Fragmentarium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

Fragm. lat. 187



principatus armonizando tympona ci
tharizando cherubyn et seraphin ym
nizando adque ad eterne divine maiesta
tis tribunal ducendo. Tertio honorabiliter
quia ipse ihesus et totius milicie celestis exer
citus ibidem obviam venit. Unde ieronimus
Quis illud cogitare sufficiat quam gloriose ho
die regina mundi processit. Quanto devo
tionis affectu tota in eius occursum celestium
legionum prodierit multitudo. Quantis
canticis deducta sit ad thronum quam placido
vultu quam serena facie quam divinis amplexi
bus a filio suscepta et super omnem cre
aturam exaltata. Item celestium quoque ipsorum
malitiam credendum est tunc ineffabili le
ticia exultasse et iocunditate ineffabili
caritate et omni gratulatione suscepisse.
Quam felicitas hec hodie nobis revolutur
annua illis omnibus facta est continua. Crede
ndum quoque ipse salvator per se totus festivus occurrit
et cum gaudio eam secum in throno colloca
vit secundum legem. Honora patrem et matrem
Vito excellenter. Jo. Hec est dies in qua
usque ad thronum celsitudinem intemerata
mater et virgo processit in regni solio et post
Christum gloriosa resedit. Beatus gerhardus in suis
omeliis. Solus dominus Christus post hanc magnifica
re quemadmodum fecit ut ab ipsa maiestate
laudem continue accipiat et honorem. An
gelicis stipata choris, angelicis vallata tur
mis, thronorum possessa iubilationibus, dominationum
circumdata tripudiis, principatuum circum
specta obsequiis, potestatum amplexata
plausibus, virtutum gloria honoribus, cherubin
circumstantiam ymnificationibus, seraphin
possessa cantibus, ipsa sancta trinitas perhenni
tripudio eam applaudit. Bartholomei

Bartholomeus apostolus ad indiam in
gressus quod est in fine orbis. Et in

travit templum in quo erat ydolum nomine
astaroth et ibi quasi peregrinus manere cepit.
In hoc ydolo demon hominibus illudebat
responsa dabat miseros affligebat
et dum adoraretur cessabat quasi curasse pu
taretur. Presente vero occulte dei apostolo nichil
horum facere poterat. Unde compinque civitatis
ydolum nomine berith est requisitum. Qui dixit
ideo sic propter presentiam bartholomei. Qui
requirentes et quis est ille bartholomeus
Demon respondit: Amicus dei omnipo
tentis venit in civitatem ut destruat deos. Querunt
formam. Et ille: Capillo nigro et crispo
candida carne oculi grandes nares equales
barba prolixa collobio albo clavata purpura
vestitur. Induitur pallio albo quod per
singulos angulos gemmas habet purpureas. xxvi
anni sunt ex quo vestes et sandalia eius non
veterascunt nec sordidantur. Centies in die et
centies in nocte flexis genibus orat. Angeli
dei cum eo ambulant qui numquam eum fatigari
nec esurire permittunt. Semper eodem vultu
et animo letus et hylaris perseverat. Omnia previdet
omnia novit omnium gentium linguas loquitur
et intelligit. Et quod vobiscum modo loquor ipse
iam novit. Si autem vult ipse ostendet se vobis
si vero non vult non poteritis eum invenire.
Rogo autem vos ut cum eum inveneritis rogate
eum ne huc veniat ne angeli sui michi hoc
faciant quod iam socio meo fecerunt. Cum
eum per duos dies sollicite quesissent non inve
nerunt. Quadam die quidam demoniacus
clamavit dicens: Apostole dei bartholomee
incendunt me orationes tue. Cui apostolus:
obmutesce et exi ab eo. Et statim liberatus est.
Quod audiens polimius rex cuius habebat filiam
lunaticam misit ad apostolum rogavit ut
veniret et sanaret filiam eius. Quod cum
apostolus venisset et eam cathenis ligatam

143

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 187, 1r – Jacobus de Voragine, Legenda aurea
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-dwzv/254/3114)